

{ Ha 179

Hb. 69²

LEIBNITII
DOCTRINA
DE
MUNDO OPTIMO
SUB
EXAMEN REVOCATUR DENUO

A

C. A. L. CREUZER.

Ph. Doctore.

—C—

L I P S I A E.

IN OFFICINA LIBRARIA MÜLLERIANA.

1796.



Corrigenda.

- Pag. 7 lin. 7 pro: potissimum l. potissimam.
lin. 11 pro prætium leg. pretium.
— 15 in not. lin. 2 pro empirica leg. pura.
16 pro: est minimus leg.
est, et minimus,
— 22 lin. 3 pro: At leg. Ait.
— 23 in nota lin. 2 pro: mundi l. mundi.
— 29 in nota lin. 12 pro inendit l. intendit.
— 30 in nota lin. 16 pro potest leg. possit.
— 36 lin. 6 pro: procurandum leg. pro-
curandam,
— 37 lin. 1 pro: generales leg. generalis.
4 pro: Sphus leg. Sphi.
8 pro: cretura leg. creatura.
— 39 lin. 9 pro: Pato leg. Plato.
— 40 lin. 11 pro: Possessione leg. perpessione.
— 42 lin. 10 pro: connectentis leg. con-
nectentis.
— 43 lin. 19 pro: prohibebat leg. pro-
hibeat.
— 45 lin. 12 pro: sententian l. sententiam.
46 lin. 1 pro: critice leg. criticae.
51 lin. 18 pro: horum leg. eorum.
— 54 in nota lin. 8 post pag. inser. 640.
19 pro: ihrer leg. ihre.
— 56 lin. 12 post quidam inser. cf.
14 pro: rationes leg. rationis.
— 58 lin. 3 pro: sumus leg. sumas.
— 66 in nota lin. 8 pro: refutationis leg.
refutationis.
— 67 in nota lin. 4 pro offere l. offerre.
76 lin. 17 pro: et leg. sed.
— 77 lin. 13 pro: Ad leg. At.

- Pag. 78 lin. 7 pro : radex leg. radix.
— 81 lin. 4 pro : quaeunt leg. queunt.
— 82 lin. 11 pro : omnis leg. omnes.
— 83 lin. 5 pro : conamur leg. conemur.
— 98 lin. 12 pro : nulla leg. nullo.
— 99 in nota lin. 7 et 8 pro : mentes leg.
mentis.
— 100 in not. lin. 2 pro : et alter leg. elater.
— 106 lin. 5 pro : firmum leg. firmam.
— 108 lin. 2 pro : verum leg. rerum.
— 109 lin. 1 pro : ubi leg. usi.
— 116 lin. 4 post : principiis add. mere spe-
culativis.
lin. 5 pro : parvam leg. pravam.
-

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO VIRO
DOMINO
JO. PHIL. FRANCISCO
L. B. A FLECKENBÜHL
DICTO A BÜRGEL
POTENTISSIMO AC SERENISSIMO
HASSIAE LANDGRAVIO A CONSIL. INTER.
ACADEMIARVM HASSIACARVM
CVRATORI ETC.
LITERARVM ET ARTIVM FAVTORI
MERITISSIMO
D. D. D.

AVCTOR

ILLIVASTISSIMO

ATQVE EXCEPITISSIMO VNO

DOMINO DOMINA

IO. TINI TRANSGREGO

LBA HIEROGENHONI

DATA A DILECTIS

TOTINTISSIMO AD SEHENSIUM

MISSA IN MARGINALIA A CONSIL. IUSTIZ.

ADIEGEMUR HABEAT CAVERNAM

CIT. 1501 GIG

LIBERARVM ET ARTIVM LAVATORI

MERITISSIMO

D. D. D.

ALLEGATOR

Leibnitii

de mundo optimo doctrina sub-

liminam examen revocatur denuo.

Etiamque de philosophia Leibnitiana

digamus. ~~et~~ ~~in~~ ~~pro~~ ~~ad~~ ~~quod~~ ~~ad~~ ~~mihi~~

ut non sibi audiri possit. ~~et~~ ~~in~~ ~~pro~~ ~~ad~~ ~~quod~~ ~~ad~~ ~~mihi~~

et non sibi audiri possit. ~~et~~ ~~in~~ ~~pro~~ ~~ad~~ ~~quod~~ ~~ad~~ ~~mihi~~

De mundo optimo sive de Optimismo, quem vocant, caput cum in antiquissimo illo Geneseos mo-

numento, tum apud Platonem et
Stoicos praesertim jam inveniri,
atque etiam argumentis, qualia ea
denique cunque sint, firmari, do-
ctos certe homines non fugit. Sed
id investigare usquequaque omni-
um de eo philosophorum recensem-
dis placitis nunc quidem animus
minime est. Arctioribus igitur
consilium meum continetur fini-
bus, cum spectet duntaxat ea, quae
sunt a Leibnitio, philosophorum,
qui hac de re differuerunt, facile

prin-

principe, vel defendendi firmandi-
que vel ornandi gratia disputata.
Quanquam fuerunt ex quo tempo-
re Leibnitius eam suscipiendam
provinciam putavit, e praestantif-
simis seculi nostri philosophis tam
multi, qui eam vel potissimum re-
ligionis naturalis partem haberent,
ut ex principiis philosophiae, quam
vocant, criticae examinare diligen-
ter operae praetium esse videatur.
Quod dum suscipio, fidem libero
equidem, quam dare me pag. 104

A 4

me-

medit. scept. de libertate arbitrii
memini, Schwabius v. C. cum
Leibnitium contra Schmidii V. Cl.
accusationem defendere esset co-
natus.

Ratio vero, quam hac in re tra-
Etanda sequendam mihi proposui;
haec est:

I.

Quoniam Leibnitium nullum phi-
losophiae constat *oύσημα* literis
consignatum reliquisse, ope-
ram dabo, ut quicquid hac de-

re

re in ejus ingenii monumentis
passim legitur, id ita dispona-
tur, ut viri summis sententia ae-
quo cuivis pateat, simul, id
quod Schwabius requirit,
Leibnitii inventa locis quibus-
dam, eo quae pertinere vide-
antur, e monumentis sectato-
rum duorum quidem et fide-
lissimorum et celeberrimorum
Wolfi Alexandrique Baum-
gartenii proferendis vel illu-
stratum vel confirmatum ibo.

A 5

II. In-

II.

Instituetur deinde doctrinae hujus
secundum principia philoso-
phiae quam dixi criticae exa-
men.

III.

Adjiciam demum brevem Optimis-
mi descriptionem, qualem
philosophia, critica tanquam
rationis purae pariter atque
empiricae ideam s. specimen
exhibit.

Pars

~~qui non sunt non sunt~~ — ~~hinc autem~~
~~multorum enim dicitur mundus~~ — ~~mutatio ex~~
~~od et simili~~ — ~~autem mundus~~ — ~~et hoc est~~
~~monos~~ — ~~et illam mutacionem~~ — ~~et quod de muta-~~
~~tione est~~ — ~~et quod est de mutatione mundi~~

Pars Prima.

Leibnitii de Optimismo placita.

De existentia Dei atque natura et pro-
prietatibus, quam argumentis metaphy-
sicos satis firmatam esse ponit, sententiae
quasi fundamento Leibnitius de mundo op-
timo doctrinam superstructam esse voluit.

Suprema sapientia, argumentatur
ille Spinoza Theodiceae, bonitati non mi-

nus infinitae adjuncta non potuit non eli-
gere optimum; nam sicut minus malum
est quoddam boni genus, ita minus bo-
num est species quaedam mali, si bono
majori obicem ponat, essetque in Dei
actionibus corrigendum aliquid, si melius
agendi locus foret, quod nisi inter possi-
biles mundos unus esset optimus, Deus
nullum produxisset.

Idem argumentandi modus est §pho 194
Theod. Dicere, quod Deus optimum, et
sciat et facere possit, nec tamen faciat,
quid aliud est, quam fateri, quod penes
ipsum fuerit, mundum efficere meliorem,
quam sit. Hoc vero tantundem est ac
bonitate defici, atque agere contra effa-
tum jam supra indicatum, quod docet
minus bonum habere rationem mali *).

II. Mun-

*) Eandem probandi methodum invenies
apud Duumviros modo laudatos Wol-
fium et Baumgartenium.

Mundus Leibnitio est quodam loco,

quo de Optimismo verba facit, Omne,
quod est, sive Universum, quod dicunt.

Mundus, ait ille in Theol. nat. §pho
326, qui existit, est omnium possibilium
perfectissimus (perfectissimum unum
eundemque esse ac optimum infra do-
cebitur.) Etenim Deus mundum ex
omnibus possibilibus elegit ob majorem
perfectionem, quae ipsi prae ceteris in-
est. Quoniam adeo in mundis ceteris
iudicio intellectus omnium perfectissi-
mi et absolute summi, errare profsus
nescii minor perfectio deprehenditur,
quam in eo, qui consistit, quin omni-
um possibilium sit perfectissimus, dubi-
tari nequit.

Haud secus et Baumgarten si cf. Me-
taphys. §phum 935 „Posita huius mun-
di existentia, ponitur summa, quae in
mundo esse potest, perfectio. In quo
mundo ponitur summa, quae in mun-
do esse potest, perfectio, est ille per-
fectio, quae ibidem est, perfectis.“

Mundum voco, ait §pho 8 Theod.
totam seriem totamque collectionem re-
rum omnium existentium, ne dicat ali-
quis, mundos plures existere potuisse di-
versis temporibus et locis: nam omnes
simul

fectissimus. Ergo mundus hic est
omnium possibilium perfectissimus.

Argumentum, quo probatur ma-
jor, est idem cum Wolfii Leibnitii-
que, scilicet, *quia Deus hunc mundum*
elegit. Id § 934 planum facit. „Deus
creationem hujus mundi decrevit vo-
luntate proportionalissima. Hinc de-
crevit huius mundi existentiam pro gra-
du bonitatis in eodem cognito. Alius
mundi existentiam non decrevit volun-
tate proportionalissima. Ergo tantam bo-
nitatem in existentia ullius alius mundi
Deus non cognovit, quantam in exis-
tentia hujus mundi cognovit. Jam cognitio
Dei est distinctissima et maxime infalli-
bilis. Ergo praelati hujus et electi
praे reliquis omnibus mundi existentia
est, quae mundi esse potest, *optima.*“

simul pro uno mundo, vel si mavis, pro uno Universo computandi forent. *)

III. Mun-

Bino

*) Haec idea Universi originem suam ducit a sola ratione, quam dicunt, empirica, quae a limitibus circumscripto ad non limitibus circumscriptum, a conditionato ad absolutum, a partibus ad Universum procedens, quae sunt, omnia in unum quoddam, quod uni subjicitur eidemque regulae, connexa atque quam concatenata Systema cogitat, in quo quidem et numero et genere infinita rerum ex lege quadam similitudinis cognatarum et causalitatis coniunctarum inest multitudo.

Leibnitius igitur Spho 9 Theod., „Universum“ ait, oceani ad instar totum continuum est minimus in eo motus effectum suum ad quamcunque distantiam diffundit, quamvis effectus iste proportione distantiae minus sensibilis reddatur.“

Quam arte haec Universi idea cum de Optimismo doctrina cohaereat, monuit Reinhardus (videatur Disertatio,

qui

Mundus optimus Leibnitio idem est
ac perfectissimus. Quaeritur itaque:

Quid

qui a remporté le prix proposé par l'
Academie royale des sciences et belles
lettres de Prusse sur l'Optimisme, à Ber-
lin chez Haude et Spener 1755.)

Si l'on, inquit ille, ne supposoit pas
une telle liaison universelle, il seroit
possible, que dans une partie du monde,
pris pour le meilleur de tous les possi-
bles, il se fit un changement, qui n'in-
fluant en rien sur la constitution du
monde entier par consequent n'altera
point sa perfection, puisque ce ne seroit
que la position d'une réalité equipollen-
te au lieu d'une autre. Il se pourroit
donc, que le monde avec le change-
ment supposé fut aussi parfait, qu'il
auroit été sans ce changement-là. Mais
puisque dans ce cas le monde ne seroit
plus le même à tous égards et que felon
le dogme de l'Optimisme un seul sys-
tème entierement déterminé est le meil-
leur

Quid sit ei bonum; et quaenam rei perfectio?

Bonum (ait in commentatore, cui titulus est: *Causa Dei asserta per Justitiam ejus cum ceteris ejus perfectionibus cunctisque actionibus conciliatam* (pho 33.) est triplex: Metaphysicum, physicum et morale. *Metaphysicum* generatim constitutum in rerum etiam non intelligentium perfectione. *Physicum* accipitur speciatim de substantiarum intelligentium commodis; *moralē* de eorum actionibus virtuosis. *)

Ex

leur des tous les possibles, il est evident, que ce dogme ne fauroit subsister sans l'hypothese de la connexion universelle.

*) Cel. Baumgarten definit bonum spissius et sic quidem, ut definitio tria illa bonorum genera complectatur, sed t ex hac definitione bonum spectatur non nisi comparatum cum alio. „Bonum est (vid. §. 100 Metaphys.) quo posito,

B. posse.

Ex Leibnitii sententia nullum est ex tribus hisce genus per se et absolute bonum, sed comparatum denique cum alio. „Deus (ait §pho 33 commentationis supra commemoratae) vult bona per se antecedenter ad minimum, nempe tam rerum perfectiones in universum, quam speciatim substantiarum omnium intelligendam.“

ponitur perfectio (et §phum. 187). Bonum minimum est, quo posito ponitur minima perfectio. Quo major est perfectio, posito bono, ponenda, hoc majus est bonum donec *Optimum* sit, quo posito ponitur summa perfectio.“

Cel. Wolfi definitio videtur quidem bonum per se spectare, sed non nisi videatur „Bonum in se (definit §phus 370 Theol. natur.) quid dicitur, quatenus suam habet perfectionem, tam essentialē quam accidentale“ Etenim cum perfectio in genere spectatur non nisi in relatione ad aliud, sequitur inde bonum etiam nūnil dici posse nisi in relatione ad aliud quoddam.

gentium felicitatem et virtutem, et
unumquodque bonorum pro gradu boni-
tatis suae.

Huc pertinent etiam verba §phi 8
jam supra commemorata; sicut minus
malum est quoddam boni genus, ita mi-
nus bonum est species quaedam mali, si
bono majori obicem ponat.

Perfectionem vero Leibnitio idem
esse ac bonum, et hujus ad instar spectari
non nisi in relatione ad aliud quoddam,
apparet imprimis ex §pho 203 Theod.

Perfectio, inquit, complectitur non
solum bonum morale et bonum physicum
naturarum intelligentium, sed etiam bo-
num illud, quod non nisi metaphysicum
est, quodque naturas ratione destitutas
etiam respicit. „Nec minus e lite-
ris ad Des Bosses missis Tam. II pag. 321

opp. L, ex edit. Dutens. „Omnis perfectio meo iudicio ad lineam sapientiae pertinet. Porro linea sapientiae eo tendit, ut perfectio maxima introducatur quam res capit. Itaque si quae perfectiones sunt aliis compatibilis, non omittentur.“ Potissimum vero e §pho 33 Theod. Voluptates omnes aliquem perfectionis sensum in se ipsis habent, sed ubi in sensuum voluptatibus vel aliis quibuscunque subsistimus cum dispendio majorum bonorum puta valetudinis, virtutis, unionis cum Deo, felicitatis, in hac ipsa privatione tendentiae ulterioris defectus consistit. Perfectio generatim est positiva et absoluta realitas, defectus autem est privatus a limitatione ortum trahens, atque ad novas privationes tendens. Itaque non minus verum quam vetus dictum est: Bonum ex causa integra, malum ex quolibet defectu; uti et illud: Malum
causam

causam habet non efficientem, sed defi-
cientem *).

Mundus itaque perfectissimus sive
optimus ex Leibnitii sententia est is, qui
plurimum i. e. tantum quantum mundus
omnino possit, continet boni **).

B 3

Finem,

*) Quam de perfectione informare stu-
dent notionem Wolfius et Baumgar-
tius illa a Leibnitiana non tam re dis-
crepat quam verbis. „Perfectio, Wolf.
Ontol. §pho 503 inquit, est *consensus* in
varietate seu *plurium* a se *invicem* diffe-
rentium *in uno*. Consensum vero appel-
lo *tendentiam* ad idem aliquod obtinen-
dum.”

et Baumgarten Metaphys. §pho 94.
Si plura simul sumta unius rationem
sufficientem constituunt, consentiunt.
Consensus ipse est *perfectio*, et unum in
quod consentitur, *ratio perfectionis deter-
minans*, focus *perfectionis*.

**) cf Baumgarten in Metaphys. §pho 436.
„Mundus perfectissimus s. optimus est,
in quo plurimarum partium maximae
et

IV.

Finem, quem Deus in mundo creando spectaverit, Leibnitius in omnium rerum ponit concentu. At enim in *Animadversionibus circa assertiones aliquas Theor. med. verae Cl. Stahlii* opp. Tom II Pars II pag. 133 ex edit. Dutens,

„Licet praeter machinas naturae multa videamus opera, quae rudia sunt et ruderibus similia, in quibus non apparent fines speciales, dubium tamen nullum esse debet Deum auctorem spectantibus, ipsa quoque ad fines speciales etsi nobis ignotos

et maximarum plurimae partes in mundo compossibile tantum ad unum consentiunt, quantum in mundo fieri potest.”

Jam quid sit istud unum, ad quod consentiunt in mundo hoc optimo omnia, pertinet ad quaestionem, quam dicunt de finibus, de qua vide, quae jam sequentur.

tos exquisitissime ordinata esse, et omnia concurrere ad finem generalem, qui est harmonia rerum?

Quem quidem finem rite consideratum appareat eundem esse, quem jam mundi continebat perfectissimi definitio, nihilque ad id, quod haec adferebat, accedere novi. Harmonia est illa videlicet Wolfio auctore consensus plurium a se differentium in uno, seu, verbis mutatis, *perfectio* *), quae ex Leibnitii quidem

B 4 senten-

*) cf et Sphus 540 Cosmol. gener. „*Perfectio*“ inquit, mundi consistit in eo, quod rationes particulares simultaneorum et successivorum tandem in aliquam generalem resolvantur. Mundus enim cum in genere tum in specie adspectabilis est series finitarum simultanearum et successivarum rerum inter se connexarum, consequenter cum simultanea tum successiva rationem in se invicem sufficientem habent, cur coexistant, vel cur se invicem sequantur. Quod si ergo

sententia ratio condendi mundi non minus foret, quam finis summus, in quo certi omnes concurrant. Enimvero perfectionis definitio videtur praeterea finem quendam innuere, qui non contineretur in ipsa neque ex ea possit repeti atque explicari. Verba quidem: Consensus plurium in uno finem ponunt, in quo congruere plura debeant. Quam ob rem redditur tandem ad quaestione illam, quam infra in annotationibus coepi movere: Qua in re consistit unum, quo in optimo mundo tendant et conspirent omnia? Quid Wolfius Baumgarteniusque intellexerint declarat nota *). Quamquam quid

ergo rationes istae tandem in aliquam generalem resolvantur, mundus perfectus est et in hoc ipso perfectio ejus consistit.

*) Quamquam autem huic primae erat opusculi parti, quid alii hoc de argumento tradiderint, referre duntaxat

pro-

quid ipse Leibnitius senserit, nunc agitur.
Locus hac in causa veluti classicus videtur
esse Iphus 78 Theod.

B 5

,Sane

in propositum facere tamen non possum
quam obiter, hanc non
minus quaestionem quam eius explican-
dae pericula singula documentum sup-
peditare luculentum ejus rei, quae
nescio an satis unquam animadversa
sit, ingenium humanum s. ratio, quam
vocant, speculativa, postquam semel
tanquam fines transilierit, non posse non
progredi infinitum quantum conari.
Leibnitius enim, cui licebat hanc quaes-
tionem inexplicabilem judicantem op-
time sibi constare, explicare tamen fui-
det ita, ea ut re gratiam captare The-
ologorum suae aetatis voluisse videa-
tur: quamquam e principiis derivandi
id labore iis relicto, qui deinde sua ve-
stigia persequerentur; qui haud parum
videntur in eo sudasse. Cum nimis
mundi perfectissimi veritatem e perfec-
tissimae illius naturae, unde originem
eraheret, notione argumentari non fa-
tis

,,Sane Deus creandi mundi decre-
tum formans unice statuit perfectiones
 suas

tis haberent , partium suarum esse du-
 xerunt illud , omnium rerum ad opti-
 mum quasi tendentiam definire , et si
 eam contingere nulli mortalium scien-
 tiam posse , ipsi profiterentur . Wolfius
 enim §. 501 *Cosmol* ingenii nostri esse
 negat , notionem perfectionis universi
 praeter generalem et formalem conci-
 pere . Nemo mortalium , inquit , per-
 fectionem totius universi comprehen-
 dere atque distincte explicare valet .
 Quoniam perfectio totius universi in eo
 consistit , quod rationes particulares
 simultaneorum et successivorum tandem
 in rationem aliquam generalem refol-
 vuntur , nullum vero corpus in mundo
 alteri simile est , sive corpora , quae
 inter se conferuntur eodem tempore
 existant sive diverso , ita ut in mundo
 materiali non dentur duo individua ,
 quae non nisi numero differant , sed
 differentiae non minus numericae quam
 specificae dentur , immo elementa sin-
 gula ,

suas modo, quo possit, efficacissimo et
magnitudine, sapientia et bonitate sua
dignis-

gula, quorum aggregatum sunt corpora
dissimilia sunt et unum quodque eorum
seriem mutationum continet, quae di-
versa est a serie alterius cuiuscunque
ac denique in omni elemento status
singuli a se invicem dependent quoad
existentiam consequenter anterior in se
continet rationem sequentis, ratio quo-
que coexistentiae elementorum tum,qua-
tenus simul existunt, tum quatenus hoc
potius moda quam alio existunt in ipsis
continetur perfectionem unius universi
comprehensurus atque distincte explicata-
turus, et singula, quae unquam exstite-
runt, nunc existunt, olimque extitura
sunt, corpora eorumque mutationes
successivas immo singula elementa fin-
gulisque convenientem mutationum se-
riem una cum omnibus coexistentiarum
et successivarum rationibus distincte
cognoscere atque eas tandem ad ratio-
nem aliquam generalem reducere de-
bet. Patet autem per se, neminem mor-
talium omnem istam rerum varietatem
multo

dignissimo manifestare et communicare.
Sed ob id ipsum omnes creaturarum ad-
huc

multo minus omnes, a quibus varietas
ista oriatur, rationes comprehendere
posse, tantum abest, ut omnes istas
rationes ad rationem generalem redu-
cere quisquam valeat, etc.

Quodsi Wolfius ipse, tam bene per-
spexit humanam rationem de ista mun-
di totius perfectione non nisi genera-
lem quandam fingere posse et prorsus
formalem ut ajunt, notionem, cuius
tandem est curiositatis malae et materi-
am hujus notionis definire conari? aut
qui potuit, quid ea adferret notio re-
rum, indicare sustinere? Mirandum
ne ista si demonstrandi vel libido vel
sedulitas turpiter se daret saepe? Est
igitur caput illud totum de finibus in
Theol. natur. Tom. I. P. 1. Cap. IV a
Spho 603 — usque Sphum 694 animad-
vertendum eo nomine. Quod lauda-
tor. Sphorum vel primus conficit.

Datur finis aliquis, ob quem Deus
hoc Universum produxit. Etenim De-
us

huc pure possibilium actiones considerare
necessē habuit, ut schema, quam con-
venien-

us mundum hunc elegit ex ceteris ob
majorem perfectionem, quae ipsi prae-
ceteris inest, adeoque quia perfectissi-
mus omnium possibilium Quoniam
nihil est sine ratione sufficiētē cur po-
tius sit, quam non sit, ratio etiam
sufficiens detur, necessē est, cur potius
mundum perfectissimum quam alium
minus perfectum existere voluerit.
Enim vero id, cuius gratia causa ef-
ficiens agit, finis est, quem agens in-
endit. Quamobrem etc.

Si quaeret hic quispiam ex entis per-
fectissimi notione argumentis, quae vo-
cant, metaphysicis certum est firmum-
que, Deum ob naturae suae perfectio-
ne fīe singularem praestantiam non
posse non eligere optimum, cur est porro,
quare elegerit optimum, quaerendum ?
quasi vero illa, quam Leibnitius ponit,
moralis necessitas non sufficiens sit ido-
neaque ratio ? Constat igitur sibi Leib-
nitius quidem egregie, cum Deus ne-
cessit

Venientissimum formaret. Praestanti Architecto similis est, qui proposita sibi insignis

esse erat, ait; aut optimum mundum aut nullum eligeret. Verum si cur omnino elegerit aliquem unum, quaeritur; (est videlicet et ejusmodi locus quaestioni relictus, quando, quicquid est rerum intelligibilium, id quoque explicandi facultatem humano ingenio concessum esse volunt,) nihil est relictum aliud quam excogitare finem, qui esset tam generalis, ut esse pro ultimo posset, neque ceteris adversaretur placitis. Quod videbatur convenire utrumque in illam manifestationem et illustrationem virtutum divinarum i. e. perfectionum Dei: quae negari nullo modo potest e creatione naturarum ratione praeditarum existere necessario et hactenus extra eam, quae finis ultimi conditio sine qua non erat. Hanc igitur ingressi viam et Wolfius et Baumgartenius, illum, quem commemoravimus, finem confirmare argumentis sunt conati metaphysicis, cf. Wolfii
Theol,

signis palatii construendi voluptate vel
gloria omnia, quae fabricam illam ingredi
Officium debent,

Theol. natur. §. 608, ubi omisso, quod
manifesto, ut aiunt, circulo laborat, ar-
gumento primo, ad secundum perge-
mus.

Quoniam perfectio Universi est me-
dium, quo Deus finem per existen-
tiam hujus mundi intentum consequi-
tur, finis hic non in mundo sed extra
ipsum quaerendus. Enimvero extra
mundum non datur ens aliud, nisi De-
us, nempe praeter hanc rerum seriem
non datur ens, quod ad eam non per-
tineat nisi Deus. Quamobrem finis,
quem Deus per hunc mundum inten-
dit, in ipso quaerendus est. Est vero
Deus sibimet ipsi sufficientissimus, adeo-
que nulla prouersus re extra se quomodo-
cunque indiget. Nihil ergo relinqui-
tur, quod Deus per Universi hujus
existentiam intendere possit, quam
ut per mundi perfectionem sum-
mam sui ipsius perfectionem patefac-
at. Quod igitur patefactio sui ipsius
adeo-

debent; formati et materiam; locum;
situm; media; operas; impendia secun-
_{dus ab} animo

_{hor} adeoque summae sui ipsius perfecti-
onis sit finis, quem Deus produc-
endo hunc mundum intendit dubitan-
dum non est.

Wolfius ipse haud dissimulat, ideam
finis, in locum merae, quae heic est,
consequentiae suppositam esse, addit
enim notam hujusmodi. Patet adeo,
finem, quem Deus sibi in producendo
mundo proposuit; et propter quem
eundem producere decrevit *ex ipsa ejus*
tanquam agentis et mundi tanquam mediæ
natura fluere. Etenim in superioribus ex
ipsa Dei mundique natura demonstravi-
mus, mundum hunc, qui existit, esse
signum intellectus omnium absolute
summi etc.

Clarissime vero ex Baumgartenii ar-
gumentis apparet, quae creationem con-
sequantur, ea finem creationis statui
ultimum videatur § 943. Per hunc
mundum possunt perfectiones Dei sum-
_{mæ}

animo reputat, antequam de tota re
captet consilium. Sapiens namque dum
opera

mae clarius, verius, certius, ardentius
cognosci. Ergo hic mundus ad glori-
am Dei *utilis est* eandem ex eo cognos-
cere valentibus Haec utilitas creati-
one et ipsius mundi et omnium in eo
spirituum actuata est. Ergo creator
universi utitur eodem ad suam gloriam,
quam distinctissime bonam cognoscit,
actuandam. Ergo Deus in creando fi-
neum habuit.

Hoc videlicet sensu Deus quin quam-
cunque mundi rem finem habuerit,
Baumgartenio certe non erat, cur re-
cusaret, sed vide imprimis § 949. Om-
nes creature, sive spectentur ut media
sive ut fines, utiles sunt ad Dei gloriam,
haec ad illustrationem gloriae divinae,
hinc omnes confines religionis in crea-
tione ipsi subordinantur. Ergo religio
sive ut explicat § 947 gloria Dei et il-
lustratio ejus est *finis creationis ultimus*.

Quin Deus, liceat mihi paululum
ex ipsis philosophiae Leibnitianae prin-
cipiis

opera sua delineat, finem a mediis sejungere nequit, nec finem sibi proponit ullum

cipiis loqui, qui mundi hujus perfectissimi existentiam voluit, et necessariam ejus voluerit consequentiam, omnino non est dubium. Hanc vero consequentiam et finem creationis ultimum fuisse, non nisi precario sumitur. Fierine enim non potuit, ut eam Deus permiserit tantum? Sed ut paucis dicam: Nemo certe erit, qui neget gloriam Dei i. e. patefactionem virtutum ejus sequi debuisse creationem, num vero eadem haec gloria finis fuerit creationis et ultimus quidem, alia prorsus quaestio est, et altioris omnino indaginis. Haec itaque argumenta licet methodo ut ajunt demonstrativa probare rem annitantur, valde tamen dubito, quin multi et Leibnitiani quidem philosophi in illis acquiescant. Sed dato non concessso, argumenta illa haud dubie vera esse, ratio tamen, cui licet in infinitum querere, scire certe cupiet: cur demum Deus proprietates suas sive virtutes

ullum, nisi media ejus obtainendi praestos
esse noverit."

Sed egregie falleretur is, qui inde
concludere vellet, Deum ex Leibnitii sen-
tentia revera et proprie vel felicitatem

C 2 vel

tutes patefacere voluerit atque com-
municare? num sui ipsius, an creatu-
rarum intelligentium gratia? Prima si
negatur quaestio, quia Deus sit sibi ip-
si sufficientissimus, altera certe affirme-
tur, necesse est. Hac vero affirmata
negari amplius non potest, creature
mundi intelligentes vere et proprie es-
se ultimum creationis finem, quatenus
ad eos beatos conspirant omnia atque
tendunt. Hoc vero expressis repugnat
Leibnitii intercessionibus, quibus omni
creaturae omniq[ue] creaturarum ordini
absolutam tribui vetat dignitatem, et
quibus contendit, omnes sine ulla ex-
ceptione creature non nisi media esse
ad perfectionem totius universi relata,
ratione sive sint praeditae sive privatae,
vide supra.

vel virtutem naturarum intelligentium finem proposuisse ultimum. Leibnitii scilicet verba diserta talem prohibent explicationem cf e. g. §phus 222 Theod.

Ceterum jam notavimus virtutis amorem et odium vitii, quae ad procurandum virtutis et impediendam vitii existentiam indefinite tendunt, non esse nisi voluntates antecedentes, qualis etiam est voluntas procurandae felicitatis omnium hominum et impediendae omnium miseriae. Et hae voluntates antecedentes non nisi partem faciunt omnium voluntatum Dei antecedentium simul sumtarum, ex quarum summa resultat voluntas consequens sive decretum creandi optimi et vi *hujus decreti amor virtutis felicitatisque creaturarum rationalium de se indefinitus*, qui quam potest longissime se protendit, *modicas quasdam limitationes accipit ob respectum*

tum

tum boni generales, quod p[re]ae oculis haberi debet.

Loci vero, ad quos Leibnitius verbis istis: „notavimus jam” respicere videtur, sunt sine dubio §phus 118 et 124 quorum ille, Nec locus est, ait, judicandi, Deum mali cuiuspiam moralis vivendi causa totum naturae ordinem ever-surum fuisse. Cuilibet in creatura perfectioni et imperfectioni suum inest pondus atque pretium, sed nulla est, quae ponderis aut pretii sit infiniti. Nulla substantia apud Deum absolute aut contemibilis est aut pretiosa. Certum quidem est, Deo pluris esse hominem quam leonem, nescio tamen an afferi possit, toti leonum speciei hominem unicum a Deo anteponi.”

Hic vero non minus luculenter indefinitas illas limitationes supra commemoratas ita explicat, ut haud dubium sit, quin omnes creatae res earumque per-

fectiones omnes qualitatesque spectentur
tantum in relatione ad perfectionem Uni-
versi; verba scilicet haec sunt:

*Dei affectus in rem quamecumque crea-
tam ejus est praestantiae sive pretio pro-
portionalis. Virtus est nobilissima quidem
sed non sola bona qualitas. Infinitae aliae
sunt, quae Dei inclinationem ad se alliciunt,
ex omnibus hisce inclinationibus resultat
quantum plurimum potest boni.*

V.

Ex his facile jam est conjicere, quid
Leibnitio respondere conveniat ad de ori-
gine mali quaestionem.

Mali causam, ait Spho 20 Theod. ve-
teres adscribebant materiae, quam incre-
atam et a Deo independentem censebant,
nos vero, qui omne, quod existit, a Deo
derivamus, unde mali originem arcesser-
imus? Respondetur eam querendam esse
in ideali natura creaturae, in quantum

ea

ea natura veritatibus aeternis divino intellectui inhaerentibus comprehenditur, nec a Dei voluntate dependet. Considerandum namque est, esse in Creatura imperfectionem quandam originalem ante peccatum, quia creatura essentialiter est limitata, ex quo fit, eam non posse omnia scire, posse falli, aliaque errata admittere. Pato in Timaeo dixit: Mundum habuisse suam originem ab intellectu cum necessitate conjuncto. Alii Deum et naturam copularunt. Dicitis hisce sensus tribui commodus potest. Deus erit intellectus, et necessitas, hoc est, natura essentialis erit objectum intellectus in quantum id in veritatibus aeternis consistit. Sed objectum hoc internum est et in intellectu divino reperitur. Hic residet non solum forma primitiva boni, sed etiam ipsa origo mali; haec est regio veritatum aeternarum, quae in materiae locum substituenda est,

C 4 quando

quando de origine rerum pervestiganda agitur. Haec regio est causa idealis mali, ut ita dicam, aequa ac boni, quamquam proprie loquendo ipsum formale mali causam non habet efficientem, est enim in privatione situm, hoc est in eo, quod causa efficiens non facit. Malum, pergit deinde §phus 21, accipi potest metaphysice, physice et moraliter. Malum metaphysicum consistit in nuda imperfectione. Malum physicum in possessione et malum morale in peccato. Quamvis autem malum physicum et malum morale necessaria non sint, sufficit, haec ipsa vi veritatum aeternarum esse possilia. Et quia immensa ista veritatum regio possilitates omnes complectitur, oportet esse infinitos mundos possibles, eorum plurimos malum ingredi, immo omnium optimum mali quid includere, hoc est, quod Deum ad permittendum malum perpulit.

Sequi-

Sequitur inde §pho 22—25 nobilis illa
inter voluntatem antecedentem et con-
sequentem distinctio, quam quidem Leib-
nitio multo antiquorem egregie suos in
uius convertisse constat.

Ceterum quod regulam adtinet, non
esse facienda mala, ut eveniant bona monet
§phus 25. *Intuitu Dei nihil dubium est,*
nihil regulae optimi contrarium esse potest,
quae nullam exceptionem dispensationemve
patitur. Atque hoc sensu Deus peccatum
permittit; nam ei, quod sibi, quod suae
sapientiae, quod suae bonitati, quod suae
perfectioni debet, ipse deesset, nisi con-
secutariam illam omnium ad bonum ten-
denterum summam prosequeretur, nec
eligeret id, quod absolute optimum est;
nihil obstante malo culpae, quod per su-
premam veritatum aeternarum necessita-
tem optimo involutum esse reperitur.
Ex quo, pergit deinde, concludendum

C 5 est:

est: Deum *antecedenter* velle omne bonum in se, velle *consequenter* optimum tanquam *finem*, velle id, quod indifferens est, et malum physicum interdum tanquam *medium*, sed velle duntaxat permettere malum morale, tanquam conditionem, *sine qua non* obtineretur optimum ita nimirum, ut malum non nisi titulo *necessitatis hypotheticae* id ipsum cum optimo cunctentis admittatur.

Nihil his addam, nisi qui ad quae-
stionem de libero, quod ajunt, hominis
arbitrio, proprius accedere videtur §phum
53.

Quid ergo? Deus ipse (dicet ali-
quis) nihil ne poterit in mundo mutare?
Sine dubio salva sua sapientia nihil nunc
mutare poterit, cum existentiam hujus
mundi et omnium, quae mundus hic
continet, praeviderit, immo cum propria
voluntate existentiam ejus admittere de-
creverit,

creverit, neque enim falli aut poenite-
re potest, nec eum decebat aliquid im-
perfecte statuere circa partem aliquam
alia parte, neglecta toto adeo imperfecte
manente. Cum igitur omnia sint ab ini-
tio ordinata haec sola necessitas hypothe-
tica (de qua omnes omnino (?) conve-
niunt) efficit, ut post Dei praevisionem
vel ejus propositum nihil immutari pos-
sit: et tamen eventus in se ipsis manent
contingentes. Namque seposita illa tan-
tisper hypothesi futuritionis rei et prae-
visionis vel propositi divini, (*quae hypo-*
thesis utique jam ponit rem fore, et quae semel
admissa dicendum est, unumquodque quando
est, oportet esse, aut unumquodque si quidem
erit, oportet futurum esse) eventus nihil
habet in se, quo reddatur necessarius,
aut quod prohibebat concipere, aliam
quamvis rem ejus loco evenire potuisse.
Nexus vero causarum cum effectibus in-
clinabit,

clinabit solum, non necessitatib agens li-
berum, sicque ne necessitatē quidem
hypotheticam efficiet, nisi extrinsecum
aliquid addatur, *axioma scilicet ipsum,*
quod inclinatio praevalens semper vincat!

Nullus dubito, quin multi et certe
haud spernendi lectores satis jam habeant,
ut doctrinae hujus opera examinandae
supercedere possim, nisi essent plurimi
qui semel huic haeresi addicti defendere
eam sustinerent, causa quamquam pro-
pemodum desperata. Quorum quidem
potissimum gratia locos, quos ad rem
pertinere arbitrabar, haud summatim, sed
integros retuli ac plenos, ne sit calumni-
andi locus, sensum me non auctoris
esse interpretatum, sed quem ipse cupi-
issem e verbis extorsisse. Hoc illi metu
sollicitentur, qui temere conantur de-
fendere, quae equidem Leibnitium serio
defendisse, vix crediderim. Sed cum ni-
hil

hil fere ad rem pertineat, utrum Leibnitius serio an animi causa illud philosophiae confinxerit sistema, quae de literis ejus ad Pfaffium missis disputata sunt, minime repetere hoc tempore libet. Etenim ipsa ex Crisi fatis apparebit, illam quum legem, quam vocant causalitatis, Phaenomenorum regioni propriam, ad intelligibilia transtulerit *sive ovtws ovtæ*, confirmasse eum magis Spinosae Bayliique, quatenus hic cum illo consentire videtur, quam infirmasse sententian,

Sed de his dicenda plura deinceps erunt

in altera commentationis parte

cui Leibnitii de Optimismo placitorum examen reservatum est. Praetermissis itaque, quibus alii impugnare ea aggressi sunt, argumentis eorum, non nisi secundum principia philosophiae, quam saepe

pe

pe dico, critice tentare examen, animus fert. Quare ad rem!

Monui jam in hujus disquisitionis lime, Leibnitium, quod argumenta produnt superius commemorata, suam de Optimismo opinionem alteri de Dei existentia atque natura, quam metaphysicis fatis firmatam esse decerneret argumentis, quasi fundamento superstruxisse. Qui ea igitur convellere argumenta valuerit, idem Optimismi Leibnitiani evertisse fundamenta judicandus erit. Quod quidem Kantum virum celeberrimum non tentasse duntaxat, sed plane praestitisse, neminem potest praeterire, cui ea, quae ex interiori mentis humanae adyto occultissimoque quasi protulit recessu insignis philosophus, cognoscere licuerit, cum non posset non statuere, huic primum contigisse incomparabili viro, ut fines a natura menti humanae circumdatos, quos

quos ultra non quaerendum verum sit,
inveniret determinaretque. Videlicet
probe is persuasum sibi habeat, necesse
est, rationi haud datum hoc humanae es-
se, rerum ut intelligibilium vel existenti-
am deprehendat vel ut ita dicam, non
existentiam; notiones enim, firmiter te-
neat, quae metaphysicis ipsis fundamen-
to sint argumentis, non nisi meras
esse ideas nullius veritatis objectivae
(transcendentalis realitatis) sive esse
ut Kantius dicit, regulativa tantum, non
constitutiva, principia i. e. quae legem
quidem praescribant, a generali ad gene-
ralissimum, a limitibus circumscripto ad
non limitibus circumscriptum, a partibus
ad totum et a conditioni adstricto ad ab-
solutum progrediendi, minime vero tri-
buant potestatem, illimitati illius aut to-
tius (omnia omnino complectentis) abso-
luti aut necessarii statuendi, ex iisque tan-
quam

quam attributis veris (realibus) ens quod-dam, qualecunque demum sit, et quo-cunque nomine, sive Dei sive naturae insignire id placeat, quasi singendi sive, quod ajunt, *constituendi*. Ex criticae scilicet philosophiae rationibus res quae-que tum demum sua gaudet veritate (objectiva) si, quae illius est repraesenta-tio, hac fuerit via comparata, ejus ut materiam, a re oblatam extrinsecus, juxta conditiones ac leges Receptivitatis nostrae in nos susciperemus, formam item juxta conditiones ac leges, spontaneitatis nostrae facultati propriae gigneremus. Ut igitur cujuscunque rei repraesentatio (objective) vera possit comparari, non nostra modo Receptivitas eam ad rem subeat relatio-nem, qua illius vi manifestivae tota patens ejus operationibus per medium sibi peculiare transeuntibus affiliatur, sed et facultas formis sua sponte gi-gnendis

gnendis sese exserens, ob eamque rem Spontaneitatis nomine veniens, isti deinde materiae formam quandam certam superinducat, necesse est. Unde patet, nos ne eo quidem repraesentationum genere, cui soli possit veritas concedi, objectiva, ad cognitionem rerum, quales sunt in se, pervenire; cum materia omnium ejusmodi repraesentationum primo, ut possit suscipi, conditionibus, legibus, ac limitibus ejus, qua facultas repraesentandi gaudet, Receptitatis, accommodari, deinde, ut revera possit repraesentari, ab ejusdem facultate formandi sua quadam debeat forma augeri. Est adeo axioma quoddam, quod vel in primis in critica philosophia celebratur nullam per se rem in repraesentationem cadere.

Quibus ad ea, quae theologiae Leibnitio-Wolfianae argumentum sunt, trans-

D

latis

latis intelligitur, ea nos non modo non
per se cognoscere, sed ne objectivae qui-
dem veritatis dignitate ornare posse.
Etenim ut mens nostra notionem Dei ob-
jective veram conciperet, illa necesse est,
cum eo communionem contrahat, mate-
ria quadam ipsius naturae convenienter
accienda, huic deinde materiae ex for-
mandi facultatis natura atque indole
formam suam impertiat, vel verbis mu-
tatis, nostra, necesse est, Receptivitas
eam ad hanc naturam relationem subeat,
qua vi illius manifestativa affecta, ratione
suae naturae consentanea, materiam ejus-
modi repræsentationis fusciperet, et hu-
ic deinde materiae juxta conditiones ac
leges facultatis formativae formam quan-
dam superinduceret certam ac definitam.
Hoc vero profiteri, nihil aliud est, quam
statuere naturam infinitam, eandemque
per se necessariam atque omnibus nume-
ris

ris absolutam repraesentari s. cogitari ut conditiōni adstrictam, fortuitam, limitibus circumscriptam, Phaenomeñorum ac sensibilium legibus subjectam. Quod cum fieri nequeat, quia istius naturae notio, ab ipsa ratione efformata, evertatur funditus: neque potest Dei, perfectissimae naturae ac necessariae, repraesentatio objective vera contingere cuiquam. Quod idem est ad ceteras res transferendum, quae quidem extra sensibilem numerum sint orbemque constitutae velut ad libertatem arbitrii, ad animorum item immortalitatem nostrorum et ad quandam mundi optimi formam s. ideam, quae omnia ratio nostra (speculativa) sponte sua citra omnem experientiam ex proprio quasi fundo effert de horum parum cavens veritate (realitate) objectiva. Gaudet nimur illa notiones et judicia synthetica neque intellectu neque sensu materiam

D 2

fugge-

suggerente sua sponte et plane *a priori*
ut ajunt concinnandi facultate. Quae
notiones Kantio rationis purae seu Ideae
nominatae cum ad absolutam omnes ab
omni conditione exemptionem tendant;
fieri non potest, ut in experientiae, qua-
qua patet, regione iis respondens aliquid
deprehendatur. Quamobrem eorum est,
ut Kantii verbis utar, non constitutivus
usus, sed tantum regulativus h. e. iis non
licet uti tanquam notionibus objectorum,
sensibilium numerum et nexus transcen-
dentium, seu attributorum sensum fu-
gientium, quae inessent rebus sensu co-
gnitis, sed tantum ut regulis, secundum
quas ope experientiae rerum sensibilium,
quaeque iis attributa sunt, cognitio, quan-
tum per ingenii angustias licet, ab omni-
bus numeris absoluta comparanda et in
ordinem systematicum est redigenda. Quare
inventa naturae et perfectissimae et ne-

cessariae

cessariae notione ingenium humanum s.
ratio, quam vocant, speculativa, neque
eam esse revera, neque qualis tandem sit,
intelligit, sed suammet modo vocem au-
dit, qua simpliciter omni conditione va-
cuum quod est, quaerere jubeatur; sive,
ut Kantius ait, naturae perfectissimae
idea ac necessariae rationi haud praebet
cognitionem verae existentiae et attribu-
torum ejus, sed tantummodo et existen-
tiam et indolem *postulati* cuiusdam, in
quod ipsa sua natura fertur, et quo ad-
igitur, ut anquirat aliquid nulli prorsus
conditioni obnoxium, unde queat ratio
reddi eorum omnium, quae conditioni-
bus adstricta et tanquam alligata intellexit.
Simul vero atque ratio hac idea non ut
regulativa seu tanquam postulato, sed ut
constitutiva i. e. tanquam vera positione
utitur, fieri non potest, quin ipsa secum
pugnet, oriaturque purae speculantis ra-

tionis antinomia eiusmodi quam Kantius
vir. cel. Critic. rat. pur. pag. 405. de-
scripsit *). Quam quidem Antinomiam, si
folam

*) Quo constituto, quamquam ingenio
(s. speculanti, ut ajunt, rationi) aliquid
ponendi decernendive jus negatur haud
injuria, ejus tamen tanquam negativa
utilitas etiam in indagandis naturalis re-
ligionis rationibus nequaquam levis est.
Die transzendentale Theologie, Kanti-
us inquit Critic. rat. pur. pag. ist aller
ihrer Unzulänglichkeit unerachtet den-
noch von wichtigem negativem Gebrau-
che, und ist eine beständige Censur un-
serer Vernunft, wenn sie blos mit rei-
nen Ideen zu thun hat, die eben darum
kein anderes als transzendentales Richt-
maas zu lassen. Denn wenn einmal
in anderweitiger vielleicht praktischer
Beziehung die Voraussetzung eines
höchsten und allgenugsfamen Wesens
als oberster Intelligenz ihrer Gültigkeit
ohne Widerrede behauptete, so wäre
es von der grössten Wichtigkeit, die-
sen Begriff auf seiner transzentalen

Seite,

Solum respicias, sufficisse credideris, quae
integralm cuiusvis philosophi mentem du-
biam reddiderit, utrum ratio speculativa
re etiam vera praebeat cognitionem exi-
stentiaeistarum, quarum ideas sua sponte
concinnaverat, rerum? item, fierine tan-

D 4 dem

Seite, als den Begriff eines nothwen-
digen und allerrealsten Wesens genau
zu bestimmen, und was der höchsten
Realität zuwider ist, was zur bloßen
Erscheinung gehört, wegzuschaffen,
und zugleich alle entgegengesetzte Be-
hauptungen, sie mögen nun adeistisch
oder deistisch oder anthropomorphi-
stisch seyn, aus dem Weg zu räumen,
welches in einer solchen kritischen Be-
handlung sehr leicht ist, indem diesel-
ben Gründe, durch welche das Unver-
mögen der Vernunft in Ansehung der
Behauptung des Daseyns eines derglei-
chen Wesens (durch reine Speculation)
vor Augen gelegt wird, nothwendig
auch zureichen, um die Untauglichkeit
einer jeden Gegenbehauptung zu be-
weisen.

dem possit, ut eadem ratio sententias
plane contrarias suis ex aequo firmet ar-
gumentis? Sed unde digressus sum, re-
vertor. Quae si ad judicandam Leibnitia-
nam de mundo optimo opinionem trans-
ferantur, hanc patebit, fundamento ut-
pote imaginario duntaxat *), licet spe-
cioso, superstructam tantum abesse, ut
a ratione Critica, humani ingenii limites
rimante, comprobetur, ut, conatus
quippe limites eos transgrediendi qui-
dam, repudietur plane. His ita con-
stitutis nihil jam videtur restare, nisi ut
paucis ostendam, notiones illas rationes
purae, simul atque iis utatur constituti-
vis, ipsaque adeo, quibus pro fundamen-
to sint, argumenta metaphysica non posse
non Fatalismum adducere nobis, eam de
mundo optimo parientem sententiam,
quae

* cf. Reinhold Briefe über die Kantische
Philosophie pag. 180 et 81.

quae virtuti aduersetur penitus, omnia
quippe a natura nihil omnino a libertate
repetentem. Monui enim supra, ipsam
causalitatis legem ad intelligibilia sive
o^rtae o^rtae translatam Spinozae senten-
tiam firmare, quod adeo Deterministarum,
siquidem ipsi sibi velint constare, negare
nemo sustinuerit. Dato enim uno altero-
ve ex successivis jam existentibus lex cau-
farum illa ab effectu ad causam, a condi-
tioni adstricto ad ejus conditiones regredi-
jubens, ex principiis Leibnitianis, si ac-
curate sequi volueris, ne ad causam qui-
dem absolute primam ducit, tantum ab-
est, ut libere agendi homini facultatem
relinquat, quippe cum causa, quae ascen-
dendo a praesente quoipam conditioni-
bus adstricto ad ejus conditiones us-
que invenitur, rursus a causa antece-
dente pendeat, haec itidem, et sic in in-
finitum. Quocirca minime potest esse

D § dubium,

dubium, quin principium causarum ad
Fatum, quod vocant, spinosisticum ne-
cessario ducat, nisi cum Kantio sumus, res,
circa quas versatur lex illa, non esse per
se, quae eodem modo, quo a nobis re-
praesententur, etiam extra nos existant,
sed phaenomena tantum, quibus extra
mentis nostrae cogitationem nulla tribua-
tur existentia *).

Ipsum adeo Leibnitium illum agno-
viisse Fatalismum, fuerunt qui vellent, v. c.
Jacobi et Lessing, quos honoris causa no-
mino **).

Enim-

*) Accuratus id exposuimus in libello su-
periori anno edito, cui titulus est:
Skeptische Betrachtungen über die Frei-
heit des Willens. pag. 66 — 72.

**) cf. Iacobi Uiber die Lehre des Spinoza
in Briefen an Herrn Moses Mendelssohn.
Breslau 1785. pag. 24. Ich weiss kein
Lehrgebäude, das so sehr wie das von
Leibnitz mit dem Spinozismus überein-
käme;

Enimvero ubi res ipsa loquitur, quid
opus est auctoritatibus? Ad illud vero
proban-

käme; und es ist schwer zu sagen,
welcher von ihnen Urhebern uns und
sich selbst am mehresten zum Besten
hatte: wiewohl in allen Ehren! — —
Mendelssohn hat öffentlich gezeigt, dass
die Harmonia praeftabilita in Spinoza
steht. Daraus allein ergiebt sich, dass
Spinoza von Leibnitzens Grundlehren
noch viel mehr enthalten muss, oder
Leibnitz u Spinoza (an dem schwerlich
WolfensUnterricht gediehen hätte) wä-
ren die bündigen Köpfe nicht gewesen,
die sie doch unstreitig waren. Ich ge-
traue mir aus dem Spinoza, Leibni-
tzens ganze Seelenlehre darzulegen ..
Im Grunde haben beide von der Frey-
heit auch diese'be Lehre und nur ein
Blendwerk unterscheidet ihre Theorie.
Wenn Spinoza (Epist. LXII opp. posth.
pag. 584 et 85) unser Gefühl von Frey-
heit, durch das Beyspiel eines Steins
erläutert, welcher dächte und wüsste
dass er sich bestrebt, so viel er kann,
seine

probandum, vel unus locus satis esset, nisi essent, et quidem multi, qui opinionis, quam semel defendere decreverunt, confirmandae causa, nihil intentatum relinquendum putarent. Qui, quaeso ostendant mihi, quomodo, qui sequuntur, loci, ut homini libertas non nomine tenus sed revera vindicetur, explicandi sint. Ut enim locum, quem infra commemorat cel. Jacobi, praetermittam, quid luculentius esse potest Spho 147? „Est alia præterea

seine Bewegung fortzusetzen: so erläutert Leibnitz dasselbe (Theod. § 50) mit dem Beyspiel einer Magnetnadel, welche Lust hätte, sich gegen Norden zu bewegen und in der Meynung stünde, sie drehe sich unabhängig von einer andern Ursache, indem sie der unmerklichen Bewegung der magnetischen Materie nicht inne würde.

Plura hac de re disputata invenies in libello supra citato, Skeptische Betrachtungen etc, præsertim a pag. 101 -- 105.

terea perturbationis adparentis ratio spe-
cialis in iis, quae hominem spectant. Sci-
licet quod Deus eum imagine Divinitatis
insigniverit, dum donavit intelligentia.
Sinit eum quandoque in exiguo suo dis-
trictu libere agere, *ut Spartam, quam
natus est, ornet.* *Ipse non nisi latenter
hic influit, nam essentiam VIRTUTEM
vitam rationem, minime licet adspectabi-
lis largitur.* *Hic liberum arbitrium ludum
suum ludit:* Deus autem cum minoribus
hisce Diis a se productis *ludit ipse*, ut sic
loquar, quem ad modum nos cum pueris
ludimus, qui negotia sibi faceſſunt, qui-
bus pro lubitu occulte favemus vel obſta-
mus. Est ergo homo veluti Deaster qui-
dam in proprio suo mundo ſive Micro-
cosmo, quem ſuis legibus moderatur, in
eo mira quandoque efficit arte ſua natu-
ram imitante.

Jupiter

Juppiter in parvo cum cerneret aethera
vitro

Risit et ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progesla potentia
Divi?

Jam meus in fragili luditur orbe labor
Jura poli rerumque fidem legesque
Deorum

Cuncta Syracusius transfult arte senex,
Quid falso insontem tonitru Salmonea
miror?

Aemula naturae est parva reperta
manus.

Sed magnos quoque defectus patitur,
quia et ipse affectibus indulget, et Deus
cum suo sensui permittit; nec tamen im-
pune abire sinit, castigat enim nunc ut
pater aut paeceptor, pueros exercens
mulctansve, nunc ut justus judex ab iis,
qui a se deficiunt, poenas exigens (haec
non proprie, sed, ut ajunt κατ' αὐθεωπον
dici, scilicet ut homini, qui libertatem

sibi

sibi adsumit, videantur, facillime est intellectu *), et evenit plerumque malum
quando

